

aliqua ecclesiastice scripsisse quae me lateat: Ultimaque occasione sibi per nos data
intelligant: ut ecclesiastice deinceps scribentes: locum susceptum condignis labo-
ribus exornent. Tantos ergo viros ecclesiae catholicae tam utiles: tu ne reiiciendos
existimas: Absit a nobis ut tam temerata illis iniuriam irrogemus: qua nos cre-
dant aemulationis studio puocatos non ratione pietatis: Dicantque nobis illud quod
uulgo iactatur proverbiū: Scientia non habet inimicum nisi ignorantem. His itaque
breuiter tibi respondere uolui: ut scires non sine causa factum: quod factum ante
miraberis. Vale: nostri memor ad deum in orationibus tuis. Ex Spanbem. iiii. nonas
Aprilis: Anno domini Millesimo. CCCC. XCII.

In laudē Catalogi scriptorū ecclesiasticorū optimi patris Iohannis de Trithem
abbatis Spanbemensis: cōmendatiō Sebastiani Brant.

Scriptores quicūque uelis nouisse probatos.
Ecclesiae: & quicquid quisque decoris habet:
Abbatis doctilegito hoc epitoma Iohannis.
Ex Spanbem: tua quem uita diserta probat.
Ordinis instaurat prisca hic ceu dogmata patrū:
Vtque Benedicte iura sacra ille nouat:
Sic ueterū curat scriptorū nomina sparsa
Cōportare: uno colligere atque libro.
Catalogū ponit: quo tempora supputat: & quid
Scripserit auctorū tam ueneranda cohors
Vindicata carie tot nomina digna uirorū:
Sub pedibus temnit quos modo tempus edax.
Et mirū est potuisse unū tot in ordine dignos
Aut legere: aut tantos cōmeminisse uiros.
Vt plane ad dubitē: si fors non legerit omnes:
Vt sit e cunctis pars sibi multa tamē.
Quo fit ut in numerū doctorū iure reponā
Hunc quoque magnanimū spicūque uirum.

f. haud

In odas eiusdem Domini Abbatis dignissimi. sicut et Capitulum Carmine
Floruit huiusmodi Anno Christi. qd. doctus
Abbas Cuius Johannes. in Spanbem. qd. magnus.
Alliat ipse sua. quod nos ita ab illo signa.
Optia qui dicitur. quod nos ita signa.
Cuiusque uolunt omnes. celebrantur sephon adamas.
Vici reformata. clausura. et alma Sophia.
Famant. Et tollunt. Tandem sup ethera tollit.

Epitaphium

Se mundi ludib. migrat pater is venerandus
Christi apillena. Cuiuscenteno...

29001

